



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

1. De Euangeliō Dominicæ, de filio viduæ resuscitato Luc. 7.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

Dominica XVI. post Trinitatem.

16. Heb-
dom.
post
Trinitate.

De filio viduae resuscitato. Luc. 7. I.

I. **C**um appropinquaret Iesus porta ciuitatis Naim; ecce defunctus efferebasur filius unicus marris sua vidua. Magna fuit misericordia Salvatoris vltro Nam se conferentis ad hunc adolescentem corporaliter mortuum, præ tot alijs, à morte resuscitandum: At quantò maior eiusdē ē cœlo in mundum descendensis ad humanum genus per peccatum spiritualiter mortuum vitæ gratiæ restituendum; & nunc toties se vltro offerentis ad hunc vel illum peccatorem vitæ gratiæ destitutum, si modo velit, pīx tot alijs æternæ mortis caligine obrutis, ad eandem amissam vitam gratiæ revocandum? Agnoscisne simile tibi s̄p̄ius à Christo misericordiam exhibitam? Grato animo recole, humiliter & feruenter compensare stude.

II. **D**ominus misericordia motus dixit Vidua: Noli flere; accessit portatoribus stanibus loculum tetigit, dicens: Adolescenti tibi dico, suge, & resedit qui erat mortuus.

& copia

¶ cœpit loqui, ¶ dedit illum matri sui
quanto astantis turbæ stupore, quanto
Matris solatio? quanto filij gaudio?
nec mirum: quid enim maius, quid
mirabilius, quam corporaliter mor-
tuum ad vitam reuocari? at quanto
adhuc maius & mirabilius, spirituali-
ter per lethale peccatum mortuum,
per redonatam vitam gratiæ ab æterna
morte liberari? tanto sanè maius &
mirabilius, quanto terribilior mors
animæ æterna, morte corporis tem-
porali. Quanto ergo maius beneficium
exhibit Christus peccator, dum illum
in tam miserabili statu constitutum
misericordiæ suæ oculis benignè re-
spicit, eorū eius per pias inspirations
ad pœnitentiam emollit, per donum
compunctionis & propositum emen-
dationis impertitum eundem erigit,
ad sinceram confessionem impellit,
sicque vitæ gratiæ plenè restitutum,
Matri Ecclesiæ reddit viuum, quem
illa luxerat mortuum?

Quanto ergo maior à peccatore no-
semel, sed toties à morte peccati mis-
ericorditer resuscitato exigitur erga re-
fuscatorem suum gratitudo, & feruo-
se totum eius obsequio impendendi,
cui se totum tot nominibus debere
videt,

videt, si videt! Gratitudo, fero
perfectè Deo seruendi.

III. Accepit autem omnes timor, & ma-
gnificabant Deum dicentes: Quia Prophe-
tæ magnus surrexit in nobis, & quia Deus
visitauit plebem suam. Homines diuinā
potentiam attoniti suspiciunt, miseri-
cordiam & bonitatem magnificant vi-
sâ adolescētis defuncti resuscitatione,
quanto magis id faciunt Angeli visâ
peccatoris spiritualiter mortui gratui-
ta ad vitam gratiæ reuocatione: &
quidem eō intensius, quò euidentius
vident mortis æternæ, quæ per pecca-
tūm lethale accersitur, atrocitatem;
diuinæ miserationis erga tam indignū
inæstimabilitatem; vitæ gratiæ, quæ
gratis restituitur, pretiositatem. Si &
tu hæc oculis fidei clarius perspiceres,
quam te, cum adolescentे illo resusci-
tato, Saluatori tuo humili, grato, per-
fectoque corde deinceps omni possi-
bili conatu seruire obligatum cerne-
res? Gratitudo, amor, zelus nouo-
feruore diuino seruitio se-
totum perfectè im-
pendendi.

De